

- De uno martyre. (*rubr.*) Deus tuorum militum . . . *Mone, l. c. 3, 150. num. 740.*
- Item de uno martyre. (*rubr.*) Martyr dei qui unicum . . . *Daniel, l. c. 1, 247. num. CCXXXIV.*
- Fol. 310.* De uno confessore. (*rubr.*) Iste confessor domini sacratus . . . *Daniel, l. c. 1, 248. num. CCXXXVI.*
- De una virgine. (*rubr.*) Virginis proles opifexque matris . . . *Daniel, l. c. 1, 250. num. CCXXXVIII.*
- Item de virgine. (*rubr.*) Jhesu corona virginum . . . *Daniel, l. c. 1, 112. num. XCIX.*
- Fol. 344'.* De s. Afra martyre. (*rubr.*) Gaude civitas Augusta . . . *Mone, l. c. 3, 170. num. 765.*
- De s. Nicolao. (*rubr.*) Ave praesul alme . . . *Mone, l. c. 3, 462. num. 1100.*
- In septuagesima. (*rubr.*) Cantemus cuncti melodum nunc alleluia . . . *Mone, l. c. 1, 88. num. 67.*

CODEX 43. olim signatus 2/29.

Foliorum 32, 288: 186 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. pulcherrime scriptus et rubricatus atque maioribus litteris initialibus insignitus, quas firma audaxque manus artificiose delineavit. Ab initio duo folia non numerata et totidem in fine codicis scripturâ vacant.

Liber evangeliorum pro festis solcmnioribus.

CODEX 44. olim signatus 3/9.

Foliorum 121, 285: 183 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. incunte variis manibus, imo ex variis codicibus compactus. Tituli rubricati, plurimae litterae initiales minio tantum sunt confectae, occurrunt etiam alternae rubro caeruleoque colore distinctae et in capite praecipuorum documentorum variis coloribus ornatae. Inter folia 111. et 112. quatuor saltem folia excisa perierunt.

1.º Sermones in diversis anni festivitibus sive in privatis diebus. *Fol. 1-24'.*

- Fol. 1.* De instrumentis bonorum operum. (*rubr.*) Quia officium praedicationis et doctrinae suscepimus . . .
- Eodem folio.* Item alius. (*rubr.*) Quia iustum est, ut omnes christianos sermone . . .
- Fol. 1'.* De misericordia. (*rubr.*) Justum est, ut unus quisque christianus divinam scripturam . . .
- Eodem folio.* De criminalibus et levioribus peccatis. (*rubr.*) De maioribus et minoribus peccatis, et si non . . .
- Fol. 2.* In adventu domini. (*rubr.*) Hodie, fr. c. rogo et commoneo vos omnes, ut in . . .
- Fol. 2'.* In nativitate domini. (*rubr.*) Hodiernam diem illustrat nativitas domini, sicut . . .
- Eodem folio.* In nativitate domini. (*rubr.*) Johannes ev. dicit: Verbum caro factum est, hoc est verbum omnipotentis patris . . .
- Fol. 3'.* Item in nativitate domini. (*rubr.*) Gaudeamus omnes et videamus, ne sit inter nos . . .
- Eodem folio.* In nat. s. Stephani protom. (*rubr.*) Heri celebravimus natalem diem sempiterni regis . . .
- Fol. 4'.* In nat. s. Joh. ap. et ev. (*rubr.*) Johannes apostolus et evangelista, in cuius . . .
- Eodem folio.* In octava domini. (*rubr.*) Quamquam sanctam huius diei festivitatem . . .
- Fol. 5.* In epiphania. (*rubr.*) Quamvis sciam quod unicuique vestrum . . .
- Fol. 5'.* Dom. II. p. epiph. (*rubr.*) Audite apostolum dicentem: Deus caritas . . .
- Eodem folio.* Dom. III. post. epiph. (*rubr.*) Matthaeus ait: Cum descendisset Jhesus de monte . . .
- Fol. 6.* Dom. IV. p. epiphan. (*rubr.*) Ascendens Jhesus in naviculam *etc.* Lucas ev. dicit nobis . . .
- Eodem folio.* In purificatione s. Mariae. (*rubr.*) Hodierna solempnitas quam semper . . .
- Fol. 6'.* In septuagesima. (*rubr.*) In principio creavit *etc.* Moyses praedicit nobis . . .
- Fol. 7.* In quinquagesima. (*rubr.*) Hodie legimus, qualiter dominus beato Abrahae . . .
- Fol. 7'.* In capite ieiunii. (*rubr.*) Carissimi, haec dies a sanctis patribus antecessoribus . . .
- Eodem folio.* In quadragesima. (*rubr.*) Justum esset, quoniam tam sancti dies . . .
- Fol. 8'.* Alius. (*rubr.*) Forte alicui vestrum displiceo, quod tam frequenter . . .
- Fol. 9'.* In quadragesima. (*rubr.*) Libenter vobis hodie aliquid dicerem de hoc sacratissimo ieiunio . . .
- Eodem folio.* In media quadragesima. (*rubr.*) Quotiescunque intelligitis signa et miracula . . .
- Fol. 10.* In palmis. (*rubr.*) Dilectissimi mei, hanc dominicam diem . . .

- Eodem folio.* Item in palmis. (*rubr.*) Omnipotens deus qui sponte sua dignabatur . . .
- Fol. 10'.* In coena domini. (*rubr.*) Huius diei magna festivitas, quia in hodierna . . .
- Eodem folio.* Alius in coena domini. (*rubr.*) Sanctitatem istius diei quem singulis annis . . .
- Fol. 11.* Item in coena domini. (*rubr.*) David dicit: Factus sum sicut nicticorax in . . .
- Eodem folio.* In annunt. s. Mariae. (*rubr.*) Istaе duae mulieres quae nuper nominabantur . . .
- Fol. 11'.* In pascha domini. (*rubr.*) Haec est dies *etc.* Nos omnes ad festivitatem . . .
- Fol. 12.* Item in pascha domini. (*rubr.*) Ecce hodie paschalia agimus, ideo ita nobis . . .
- Fol. 12'.* Item in resurrectione domini. (*rubr.*) Petrus dixit: Deus qui praenuntiavit per os . . .
- Fol. 13.* Item in pascha. (*rubr.*) Dominus ait per prophetam Jacob: Factus sum pantera . . .
- Fol. 13'.* Item in pascha. (*rubr.*) Omnipotens deus qui nos creavit et redemit . . .
- Eodem folio.* In inventione s. crucis. (*rubr.*) In lectione quae nuper lecta est, audivimus, quod eo tempore . . .
- Fol. 14.* In ascensione domini. (*rubr.*) Sicut in paschalibus diebus laetabamur de victoria . . .
- Fol. 14'.* In die pentecostes. (*rubr.*) Haec dies nimis est sacra, haec dies est omnibus . . .
- Fol. 15.* Alius in pentecosten. (*rubr.*) Corda omnium christianorum cognoscetur . . .
- Eodem folio.* In nativ. s. Johannis Bapt. (*rubr.*) Hodiernam diem beati Johannis Baptistae . . .
- Fol. 15'.* In festo ss. Petri et Pauli. (*rubr.*) Omnis honoris et sanctitatis studio hunc diem . . .
- Fol. 16.* De s. Laurentio. (*rubr.*) Hodierna festivitas beati Laurentii ignea . . .
- Fol. 16'.* In assumptione s. Mariae. (*rubr.*) Hic dies valde venerabilis est, hic dies . . .
- Eodem folio.* In nativitate s. Mariae. (*rubr.*) Hodie impletum est, quod David praedixerat . . .
- Fol. 17.* Alius in nativ. s. Mariae. (*rubr.*) Hodiernam diem nativitas s. Mariae illustravit . . .
- Fol. 17'.* In exaltatione s. crucis. (*rubr.*) Quondam illa sancta crux, in cuius honore . . .
- Fol. 18.* In dedicatione s. Michahelis. (*rubr.*) Daniel propheta dicit: Omnes fideles Christi concurrite devoti ad hanc solemnitatem sancti Michahelis archangeli. Propheta hortatur omnes qui credunt in deum . . .

- Fol. 18.* In festivitate OO. Sanctorum. (*rubr.*) Legimus in ecclesiasticis historiis, quod Romae . . .
- Fol. 19.* De apostolis. (*rubr.*) David dicit: Nimis honorati sunt *etc.* Quos ipse amicos dei . . .
- Fol. 19'.* De martyribus. (*rubr.*) Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis . . .
- Fol. 20.* De uno martyre. (*rubr.*) David de illo martyre dicit, cuius veneranda solempnitas . . .
- Eodem folio.* De confessoribus. (*rubr.*) Esayas dicit: Qui sunt isti *etc.* Sancti praedicatores . . .
- Fol. 20'.* In natali unius virg. ac mart. (*rubr.*) Nos omnes debemus hodie insimul gaudere . . .
- Fol. 21.* In nat. unius virginis. (*rubr.*) Omnes, quamquam saepe admoniti sitis, prava . . .
- Eodem folio.* In dominicis diebus. (*rubr.*) Omnem dominicum diem honorare debemus . . .
- Fol. 21'.* In dedicatione ecclesiae. (*rubr.*) Audistis, quod Johannes evang. in suo evangelio . . .
- Fol. 22.* Alius in dedic. eccl. (*rubr.*) Nos hodie celebramus et repraesentamus vobis . . .
- Fol. 22'.* Alius in dedic. ecclesiae. (*rubr.*) Quidam homines sunt, qui ad hoc solum totam cordis . . .
- Fol. 23.* In die depositionis cuiusque defuncti. (*rubr.*) Paulus dicit: Nolo vos ignorare *etc.* Quasi diceret . . .
- Fol. 23'.* Item in agenda mortuorum. (*rubr.*) Sciendum est, quod missae mortuorum absque gloria . . .
- Eodem folio.* Sermo s. Ysidori episc. (*rubr.*) Fratres, ad memoriam vestram reducimus ea quae per sacras paginas — in tormentis, de quibus poenis nos pius dominus liberare dignetur. Amen. *Maior huius sermonis pars desumpta est ex homilia XVII. s. Caesarii Arelat. ep. P. L. 67, 1079.*
- Fol. 24.* In nat. domini. (*rubr.*) Admonendi estis, fr. c. ut qui nativitatem filii dei celebratis . . .
- Fol. 24'.* Sermo b. Augustini ep. (*rubr.*) Veritas ait: Caro mea vere est cibus *etc.* Alioquin quomodo magnum erit panis — nunquam potest desistere nisi radiante sole.

2º *Excerpta ex gestis s. Silvestri papae. Fol. 24'—25'.*

Godolias dixit: Non de illo agimus, qui in evangelio eorum scribitur natus crevisse aetate et sapientia — de patre et filio et spiritu sancto satis factum est. Si quae sunt alia, proferantur. *Cfr. Mombricitus. tom. II.*

3° *Excerpta ex libro I. s. Hieronymi adversus Jovinianum.*
Fol. 25'.

Haec de impatientia magis quam iuxta ordinem dispensationis dixerim — in plerisque suffragium meretur simplicitas et alterius prudentiae et cal-¹ *Caetera desunt.* P. L. 23, 214 A—257 D.

4° *Martyrologium ex Adonis episc. Jeronimi presb. et Bedae presb. Rabanisque archiepiscopi martirologis (sic) et diversorum sanctorum gestis passionibus collectum.* Fol. 26—74.

5° *Vita beatae Mariae virginis, patris atque matris eius.*
Fol. 74—77'.

Ego Jacobus filius Joseph fabri. . . . Erat vir in Israel nomine Joachim de tribu Juda — putabant se vindictam in eis videre qua causa corruerunt. *Pseudo-Matthaei evangel. cap. 1—24. Tischendorf, Evang. apocr. pag. 53—86.*

6° *Sermo Hildeberti Turon.* Fol. 77'—78'.

Exite filiae (*lege: popule*) meus de Babilonia etc. Sunt fratres car. in mundo duo regna . . . P. L. 171, 864—867.

7° *Lapidarius seu Liber lapidum, Marbodo Redonensi episcopo auctore.* Fol. 78'—81'.

Incipit prologus sequentis operis. Evax rex Arabum legitur scripsisse Neroni — Nec duo quam plures unquam simul inveniuntur. *Caetera desunt.* P. L. 171, 1737—1766. *Tabb. Codd. Vindob. 321. Chevalier, col. 1468. Fabricius, Bibl. lat. med. 5, 53 sqq.*

8° *Homiliae diversis SS. Patribus adscriptae.* Fol. 82—97.

Fol. 82. In natale domini nostri J. Chr. (*rubr.*) In principio erat etc. B. Gregorii. (*rubr.*) In lectione evang. fr. c. audivimus, quia filius semper fuit . . .

Eodem folio. Cum consummati essent dies octo etc. V. Bedae. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, fr. c. non venit legem solvere . . .

Fol. 82'. Cum natus esset Jhesus etc. V. Bedae. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, fr. c. quando natus fuit in Judaea, locum nominavit . . .

- Fol. 83.* Cum factus esset Jhesus annorum *etc.* Johannis ep. (*rubr.*) Dominus semper fuit, et est, et erit sine fine . . .
- Eodem folio.* Nuptiae factae sunt *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dñs ac redemptor noster, fr. c. invitatus fuit ad nuptias et discipuli eius . . .
- Fol. 83'.* Cum descendisset Jhesus de monte *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) In diebus illis, fr. c. multa turba veniebat ad Jhesum . . .
- Fol. 84.* Ascendente Jhesu in naviculam *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Crendendum est, ut historia narrat, quod dominus in navicula . . .
- Eodem folio.* Simile est regnum coelorum homini patrifamilias qui exiit *etc.* Augustini ep. (*rubr.*) Audistis, fr. c. in lectione evang. quia similitudini . . .
- Fol. 84'.* Exiit qui seminat *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dominus noster, fr. c. dixit per similitudinem et postmodum exposuit per semetipsum . . .
- Fol. 85.* Assumpsit Jhesus XII discipulos suos secreto et ait illis: Ecce ascendimus *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dominus noster, frs. memoravit de passione . . .
- Fol. 85'.* Ductus est Jhesus in desertum, ut tentaretur *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, fr. c. venit anno tricesimo ad baptismum . . .
- Fol. 86.* Interrogaverunt Jhesum discipuli dicentes: Quid *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Interrogabant discipuli dominum, quod scribae dicebant, quia Heliam oportet . . .
- Eodem folio.* Erat Jhesus eiciens daemonium et illud erat mutum *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Audite, fr. c. quanta tribulatio erat in mundo ante adventum . . .
- Fol. 87.* Dicebat Jhesus turbis Judaeorum *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, fr. c. nulla mala habuit . . .
- Fol. 87'.* Thomas unus de duodecim, qui dicitur *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Thomas non erat cum aliis apostolis, quando viderunt dominum . . .
- Eodem folio.* Dixit Jhesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster nobis dedit exemplum, fratres . . .
- Fol. 88.* Modicum et iam non videbitis me *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Ante passionem suam, fr. c. dominus dixit discipulis . . .
- Eodem folio.* Amen dico vobis, si quid petieritis patrem *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Fratres carissimi, ante adventum domini redemptoris nullus in nomine . . .
- Eodem folio.* Quis vestrum habebit amicum et ibit ad illum *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Audite, fr. c. qualem similitudinem vel qualem comparationem . . .
- Fol. 88'.* Recumbentibus duodecim discipulis apparuit *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, postquam resurrexit a mortuis . . .

- Fol. 89.* Cum venerit paraclitus, quem ego mittam *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, fr. c. ea de causa praedicavit ante . . .
- Eodem folio.* Si quis diligit me, sermonem meum servabit *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Audistis in lectione evang. frs. quod dominus dixit: Si . . .
- Eodem folio.* Erat homo ex pharisaeis Nicodemus nomine *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Iste homo, frs. ex pharisaeis erat Nicodemus nomine. Pharisei sunt . . .
- Fol. 89'.* Homo quidam erat dives et induebatur *etc.* Eiusdem. (*rubr.*) Quaerendum est nobis, frs. quare dominus nominavit . . .
- Fol. 90.* Accesserunt ad Jhesum publicani et peccatores *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster, fr. c. non dedignabatur manducare . . .
- Eodem folio.* Estote ergo misericordes sicut et pater vester *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Audistis, fr. c. in lectione evang. quid de misericordia dixerit . . .
- Fol. 90'.* Homo quidam erat dives qui habebat villicum *etc.* B. Jeronymi presb. (*rubr.*) Exemplum, fr. c. quod dominus dixit discipulis . . .
- Fol. 91.* Cum appropinquaret dominus Hierusalem *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Attendite, frs. flentem dominum quando venit ad civitatem . . .
- Fol. 91'.* Dixit Jhesus ad quosdam qui in se confidebant *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Audistis, fr. c. ex lectione evang. de duobus hominibus; uno . . .
- Eodem folio.* Exiens Jhesus de finibus Tyri venit per Sidonem *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Ex lectione evang. audivimus, fr. c. quia exiens de finibus . . .
- Eodem folio.* Beati oculi, qui vident quae vos videtis *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Ante adventum domini, fr. c. multi reges et prophetae . . .
- Fol. 92'.* Cum iret Jhesus in Hierusalem transiebat *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Isti decem viri leprosi . . .
- Eodem folio.* Nemo potest duobus dominis *etc.* V. Bedae presb. (*rubr.*) Dominus noster, fr. c. admonet nos et docet, quod nullus potest . . .
- Eodem folio.* Ibat Jhesus in civitatem Nain *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Dominus Jhesus in carne positus multa mirabilia . . .
- Fol. 93.* Simile est regnum coelorum thesauro *etc.* B. Gregorii pp. (*rubr.*) Thesaurus iste, fr. c. quem dominus regno coelorum assimilavit . . .
- Eodem folio.* Cum intraret Jhesus in domum cuiusdam principis *etc.* B. Augustini ep. (*rubr.*) Dominus ac redemptor noster non dedignabatur panem comedere . . .
- Fol. 93'.* Dicebat Jhesus turbis similitudinem hanc: Arborem *etc.* B. Augustini ep. (*rubr.*) Arborem fici quam dominus noster J. Chr. dicit, fr. c. et mulier . . .
- Eodem folio.* Accesserunt ad Jhesum Saducaei *etc.* Eiusdem. (*rubr.*) Audivimus, frs. in lectione evang. quod legis doctor . . .

- Fol. 94.* Ascendens Jhesus in naviculam transfretavit *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Secundum historiam, fr. c. dominus in navim ascendit . . .
- Eodem folio.* Simile factum est regnum coelorum homini regi *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Homo iste rex qui fecit nuptias filio suo, deus pater omnipotens . . .
- Fol. 94'.* Erat quidam regulus, cuius filius *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Fratres carissimi, centurio plus rogavit pro servo . . .
- Eodem folio.* Simile factum est regnum coelorum homini regi *etc.* Eiusdem. (rubr.) Audistis, fr. dil. quomodo dominus assimilavit . . .
- Eodem folio.* Abeuntes pharisaei consilium inierunt ut caperent *etc.* Eiusdem. (rubr.) Semper, fr. c. Judaei infideles contra redemptorem . . .
- Fol. 95.* Loquente Jhesu ad turbas, ecce principes *etc.* V. Bedae presb. (rubr.) Praedicante domino, frs. et multa mirabilia faciente . . .
- Eodem folio.* Simile est regnum coelorum homini qui seminavit *etc.* B. Maximi ep. (rubr.) Audivimus, fr. c. qualem comparationem . . .
- Fol. 95'.* Cum sublevasset oculos Jhesus *etc.* V. Bedae presb. (rubr.) Oportet, fr. c. nos primum audire et intelligere historiam . . .
- Eodem folio.* Cum appropinquasset Hierosolymis et venisset Betphage *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) In lectione evang. frs. audivimus, quod redemptor noster misit . . .
- Fol. 96.* Erunt signa in sole *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Dominus ac redemptor noster, fr. c. paratos nos esse desiderat . . .
- Eodem folio.* Ambulans Jhesus iuxta mare Galilaeae *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Dominus ac redemptor noster, fr. c. vocavit apostolos . . .
- Fol. 96'.* Homo quidam peregre proficiscens *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Homo iste, frs. quem audistis in lectione evang. peregre proficiscens dominus noster est . . .
- Eodem folio.* Si quis vult venire post me, abneget *etc.* B. Gregorii pp. (rubr.) Audistis, fr. c. quod dominus dixit in evangelio, quia qui vult post me . . .
- Eodem folio.* Ubi duo vel tres congregati fuerint *etc.* Ecclesia convocatio fidelium . . .
- Fol. 97.* Narrat Lucas evangelista, quod perambulante Jhesu in Jericho Zachaeus . . .

9° Passio salvatoris domini nostri Jhesu Christi quam invenit Theodosius magnus imperator in Hierusalem in praetorio Pontii Pilati in codicibus publicis. *Fol. 97—103.*

Factum est in anno nonodecimo imperatoris Tiberii Caesaris — potestati vestrae quae gesta sunt de Jhesu in praetorio meo. *Evangelium Nicodemi, capite XII. omisso. Tischendorf, Evang. apocr. pag 314—395.*

- 10° Liber Methodii episcopi ecclesiae patronis (*lege: Patavensis*) et martiris Christi quem de Hebraeo et Graeco in Latinum transferre curavit, i. e. de principio saeculi et contra regna gentium et fine saeculorum. *Fol. 103—105.*

Sciendum namque nobis est, fr. c. quomodo in principio creavit deus coelum et terram — impii sine fine poenam patientur. Unde nos dominus eripere dignetur. *Pseudo-Methodii Revelationes. Bibliotheca Patrum max. III, 727 sqq. (Lugd. 1677.)*

- 11° De die iudicii. *Fol. 105.*

Fratres car. Quam timendus est dies ille, in quo dominus . . . *Sermo s. Augustini ep. P. L. 39, 2210.*

- 12° *Sermo de poenitentia. Fol. 105.*

Pro hoc misit deus in mundum hunc patriarchas et prophetas et apostolos — sive parentes qui moriuntur, sive amicos quia non permanebunt.

- 13° Isidorus (?) *Sermo. Fol. 105'.*

Initium sapientiae timor domini . . . Primum quidem docet nos audire iustitiam dei et intelligere — spem magnitudinis illius iocunditatis narrabit, ubi ille qui vivit . . .

- 14° Lucidarius, i. e. *Honorii Augustodunensis Elucidarium sive dialogus de summa totius christianae theologiae. Fol. 106—119.*

Saepe rogatus a condiscipulis . . . Gloriosissime magister, rogo ut ad honorem dei — et possideas bona Hierusalem omnibus diebus vitae tuae. *P. L. 172, 1109—1176. Liber II. mutilus est; quatuor foliis excisis omnia desiderantur a verbis: quosdam prae aliis eligit et unumquemque apto usque ad verba: suum religiose vivendo impleverit. P. L. 172, 1135 D—1148 B. Chevalier, col. 1072. Fabricius, Bibl. lat. med. 3, 814.*

- 15° Nomina magorum. *Fol. 119.*

Melchior primus canus erat — qui mirrum obtulit.

16° De antichristo. *Fol. 119.*

Qui de antichristo scire cupitis, primo nomen eius notabitis, quia videlicet in cunctis Christo — ea hora saeculum iudicabit, qua ante saecula iudicandum esse praevidit. *Inter opera subdititia s. Augustini. P. L. 40, 1131—1134. Cfr. cod. 90. loco 1°*

17° Schema consanguinitatis. *Fol. 119'.*18° Breviarium apostolorum ex nomine vel locis ubi praedicaverint, orti vel obiti (*sic*) sunt. *Fol. 120.*

Symon, qui interpretatur obediens — cui datur evangelii praedicatio in Judaea.

19° *Sententiae dogmaticae et morales ex SS. Patrum scriptis collectae. Fol. 120—121.*

Quidam vestrum claudicant, quia male operantur — ecce necessaria est dilectio inimici, si volumus nobis dimitti.

In folio operculo posteriori adglutinato haec leguntur: Iste liber est monasterii montis angelorum et concessit mihi Ven. Dominus Rû. abbas.

His tribus ypocritae poteris cognoscere vitam,
Nescit amara pati, cunctos premit, arguit omnes.

CODEX 45. olim signatus 3/19.

Foliorum 157, 275 : 202 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. Hoc volumen constat duobus codicibus, quorum prior 15 quaterniones et unum sexternionem complectens bene rubricatus est et alternis rubris caeruleisque initialibus litteris distinctus, primum tamen primi quaternionis folium desideratur. Alter (fol. 132—155.) non nisi rubricatus exstat et circa finem (fol. 154. et 155.) diversis manibus exaratus est. Idem dicendum de foliis 156. et 157., quae aliunde huic volumini adposita varia variis manibus scripta (ultima plaga lineis plenis) exhibent.

1° *Sermones de tempore et de Sanctis. Fol. 1—131.*

Fol. 24'. Sermones epistolarum in dominicis diebus per circulum anni; fol. 97'. Sermones de Sanctis per circulum anni, inter quos (fol. 123'.) haec